ne hec ſe tueantur exemplo
qui libenter feminis inſe-
rent. et ſeuerus dicit ſe
pro admonitione odia in-
curriſſe multorum
Ubi de ſtramine in quo ia-
cuerat virtutes facte ſunt
Ubi eleuata obuiam manu
pecudem furibundam conſiſte-
re iuſſit
Ubi ſermonis imperio cani-
bus alligatis lepore libe-
rauit
Ubi de aue recenti tempore
tunſa comparatione facit et
de ſtione in pellicia ueſte re-
pertam et de prato albulus
depaſto vel aporcis effoſſo
Ubi miles quidam cingulum
in eccleſia monachum profeſſus
abiecerit et cetera que ſecuntur
Ubi virginem predicat que
fortiſſimum uincla propoſiti
nec ipſius contemplacione laxa-
uit. et cetera
Ubi cum ſancti hec eſt petrus.
paulus. agnes. tecla et
maria ſepe uiſitauerunt
Ubi angelus quid geſtum
nemauſo fuiſſet in ſinodo
nunciauit
Expliciunt cap

Incipit liber ſecundus dialogi Seueri Capitulum primum

17

Quo igitur tempore
relictis ſtolis beato
Martino una inter
paucos poſt dies
cuntem ad eccleſiam
ſequebamur. Interim ei ſemi-
nudus hibernis menſibus
pauper occurrit. orans
ſibi ueſtimentum dari. Tunc
ille accerſito archidiacono
iuſſit algentem ſine dilatio-
ne ueſtiri. Deinde ſecretarium
ingreſſus cum ſolus ut erat
illi conſuetudo reſideret
Nam ei ſibi etiam in eccle-
ſia ſolitudine permiſſa cle-
ricis libertate preſtabat.
Cum quidem in alio ſecretario
preſpiteri ſederent vel ſalu-
tacionibus uacantes vel au-
diendis negocijs occupati
Martinum vero uſque in eam
horam qua ſolemnia populo
agi conſuetudo depoſceret
ſua ſolitudo cohibebat. Illud
non preteribo quod in ſecre-
tario ſedens nunquam cathe-
dra uſus eſt. Nam in eccle-
ſia nemo unquam illum ſede-
re conſpexit ſicut quendam
nuper teſtor deum. non ſine
meo pudore vidi ſublimi ſolio